

Schossbüch appellatur ^{dicatur} Sex grossos Pragen Unum
 modium siliginis, et duos modios avenae Consuetae
 & usualis eidem districtus mensurae, annis singu-
 lis solvere tenentur Quibus solitis ab omnibus alijs
 gravaminibus soluti sint et esse debeant penitus &
 exempti. Committimus igitur illustri Carolo
 Marchioni Moravia primogenito & caeteris nostris
 heredibus ac successoribus, Et mandamus universis
 Capitaneis Advocatis & quibuslibet officialibus et
 fidelibus presentibus & futuris, Quatenus praedic-
 tos homagiales feudales & Vasallos nostros tam
 milites quam servos contra tenorem litterarum ipsius
 à quibusdam Marchionibus Brandenburgen
 felicis memoriae & à nobis super quibuscunque fu-
 erint libertatibus donationibus & obligationibus
 concessionibus & quibuslibet alijs gratis & donationi-
 bus datarum & etiam contra tenorem Pontium
 non impediant, nec sinant per quempiam im-
 pediri sed potius circa omnia in eisdem expressa
 manu teneant nostro nomine & Conservent, si
 quis vero ausu temerario huic nostro mandato
 contrarie presumpserit indignationem Regiam